



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. An per consuetudinem saltem immemoriam introduci possit, ut beneficiarii de redditibus Ecclesiasticis superfluis, & aclicitè testentur, etiam ad profanas causas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Camera Apostolicæ applicanda, de quibus tamen spoliis in nostris partibus parum scitur.

§. III.

An per consuetudinem saltem immemorabilem introduci possit, ut beneficiarii de redditibus Ecclesiasticis superfluis, & quæ ex illis comparata sunt, liberè, ac licitè testentur, etiam ad profanas causas?

Affirmant aliqui, & hanc consuetudinem etiam in quibusdam nostræ Germaniæ locis vigere putant, saltem quoad Clericos beneficiarios, Episcopo inferiores: Verior tamen est negativa sententia, non tantum respectu Episcoporum, & similium Prælatorum, sed etiam respectu aliorum beneficiariorum, si superfluos redditus non tantum in modica quantitate habeant, (de quibus ut testentur etiam ad profanas causas concedi fortassis potest consuetudo, cum in moralibus his modicum non soleat observari, neque tam exactè distingui possit, quantum alicui ad necessariam sustentationem, aut conveniens laborum stipendium, concedi debeat) sed si habeant in notabili excessu redditus superfluos; quamvis enim per consuetudinem introduci possit, ut beneficiarii etiam Episcopi, alique Prælati, qui reddituum Ecclesiasticorum administrationem habent, de superfluis redditibus, & bonis mobilibus (non tamen valdè pretiosis) testari ad pias causas possint (cum enim per talem dispositionem nec lædatur jus divinum, nec voluntas fundatorum, sed positivo tantum humano juri, dispositionem talem per ultimam voluntatem

prohibenti, consuetudo talis committitur, consequenter abrogari per contrariam consuetudinem jus tale potest: potest tamen per ullam consuetudinem etiam immemorabilem introduci, etiam profanas causas de talibus redditibus superfluis testentur validè beneficiarii, probant aliqui ex cap. Relatum 12. l. cum consuetudo talis non tantum positivo humano, sed juri etiam divini & naturali contraria sit, & consequenter irrationabilis, in quantum scilicet eorum fovet, & nutrit, quod licet Clerici, si inter vivos etiam, quoad causas profanas disponant; & quatenus consuetudo hæc in aliquibus partibus viget, censendum tamen est, tolerari non magis, quia facile aboleri non potest, & majora mala caveantur, quam quod probetur, ut bona, & laudabilia, in multis etiam partibus abolerentur, & reddituum Clericis, de redditibus Ecclesiasticis, sive inter quasi partem bona numerentur, sive sint redditus superflui, sine licentia Episcopi testentur, scilicet multa fiant, in fraudem Canonum.

§. IV.

An & quatenus Religiosi sibi prohibuitum vel permissum testamentum facere, sive Professi, sive Non professi sint?

Religiosi Professi, quantum ad nuntium Prælati sint, quod ab eis testari non possunt, probat illorum paupertatis votum, quod sic ut illorum minij incapaces facit, ita reddituum incapaces testamenti faciendi, ut dicitur etiam ex cap. quia Ingressus